



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

VII. Et hanc communicatione[m] Maiestatis diuina sine permixtione,
abolitione vel abnegatione humanæ naturæ, etiam in gloria, fieri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

Anima vnionem fortita ad Verbum descendit in infernum, Diuina autem virtute & efficacia reuens dixit compeditis: Egredimini.

Idem lib. I. ad Reginas: Christus vt DEVS viuificat per propriam carnem.

VII.

Et hanc communicationē Maiestatis diuinæ sine permixtione, abolitione vel abnegatione humanæ naturæ, etiam in gloria, fieri.

Matth. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui.

Et Actor. 1. Sic veniet, quemadmodum vidistis euntem in caelum.

Athanasius dialogo 5. de Trinitate : ἡ ὑπερ-
πῶ φύσιν πῶ ἰδίαν ἀποτελεῖ τὸ ζῶον εὐδοκεία τῆ ἑαυ-
τῆ, ἢ τὸ ζῶον εἶναι λογικὸν ἢ ἐκάλυσεν.

Humanitatem illam suā supra & vitra propriam ipsius naturam, pro suo beneplacito perfectam reddidit, non tamen prohibet, quò minus sit animal rationale seu vera humana natura.

Theophylactus ex Chrysoftomo in caput Matth. 28. ἐγὼ ἢ πατὴρ κατέλειψεν φύσιν, κατὰ τὴν πῶ πρὸς τὸν υἱὸν ἔδεῦ ἀσύγχυτον ἔνωσιν θεὸς ἔστι, ἔλαβεν πῶ ἐξουσίαν κατὰ πάντων.

Ego prius damnata natura, nūc Deus existens secundum vnionē ad filium Dei absq; naturarum confusione accepi potestatem omnium.

Cyri-

Cyrillus lib. 4. cap. 24. Totum corpus su-
um viuifica Spiritus virtute plenum esse o-
stendit, non quod naturam carnis amiserit, & in
spiritum mutata sit, sed quia cum Spiritu con-
iuncta, totam viuificandi vim hausit.

Idem de incarnatione cap 8. In carbone
tanquam in imagine licet conspicerere, adu-
natum quidem humanitati DEVM Verbum,
transformasse assumptam naturam in suam gloriam
& operationem, sicut ignis ligno affixus, ita ad-
unatus est inæstimabiliter humanitati DE-
VS: conferens ei etiam naturæ suæ operatio-
nem.

Theodor Dialog. 2. ἡ τὸ θεοποιητὸν τοιγαροῦν
σῶμα ἀφάρτων μὲν ἀνέστη καὶ ἀπέθανε καὶ ἀθάνατον, καὶ
τῆ θεῖα δόξῃ δεδοξασμένον καὶ παρὰ τῶν ἐπερρυγίων
περσικυεῖ) δυνάμεων. σῶμα ὃ ὁμοῦς ἐστὶ, πλὴν περ-
τέρον ἔχον περιεργολῶ.

Corpus Dominicum surrexit à mortuis
incorruptibile, impassibile, immortale, diuina glori-
ficatum gloria, & à celestibus adoratur pote-
statibus, Corpus tamen est, & habet, quam
prius habuit, circumscriptionem.

Idem Dialogo 3. probat hanc Apollinarij
sententiam: Si mixtio ignis cum ferro, quæ
ferrum ostendit igneum, ita vt etiam ea faci-
at, quæ sunt ignis, non mutat naturam ferri:
Neq; igitur DEI cum corpore vnio est mu-
tatio corporis, licet corpori diuinas opera-
tiones præbeat.

Damasce-

Damascenus lib. 3. cap. 17. ἡ ᾤκεία αἰετὶς
τῆς θείας ἐνεργείας ἐπλήτισσε, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον
ἀκραιφνεστάτην ἐνωσιν ἣτοι τὴν καθ' ὑπόστασιν, ἡ δὲ μὲν
τῶν κατὰ φύσιν ἰδίων ὑποστάσεων ἐκλήσιν.

Caro Domini locupletata est diuinis operationibus, propter hypostaticam eius ad verbum vnionem, non passa excidentiam eorum, quæ secundum naturam ipsi propria sunt.

Idem lib. 2. cap. 22. εἰ γὰρ καὶ τῆς ἀνοήτου τῆς
μέλλοντος φύσεως ἡ ᾤκεία ψυχή) ἀλλ' ὁμοίως καὶ
ὑπόστασιν ἐνωθεῖται τῷ θεῷ λόγῳ, πάντων τῶν γινώσκοντων
εἶχεν ὁ χάριτι, ἀλλὰ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἐνωσιν.
Et paulò post: ὅτι ἡ ᾤκεία ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπεὶ
δὲ μὲν διάφοροι αἱ φύσεις, διάφοροι καὶ αἱ θελήσεις φυσικῶς,
ἦγεν θελητικῶς ἡ δὲ αἰετὶς.

Domini anima, etsi secundum se erat naturæ ignorantis futura: attamen secundum hypostasia vnita Deo verbo, omnium cognitionem habuit, nõ ex gratia seu participatiuè, sed propter hypostaticam vnionem. Et paulò post: In Domino nostro IESU CHRISTO, quia naturæ differunt, differunt etiam naturales scientiæ & voluntates Diuinitatis & Humanitatis.

VIII.

Humanam naturam diuinæ Maiestatis, quæ Dei propria est, participem & capacem esse propter vnionem & pro modo vnionis hypostaticæ.

Coloss. 2.